Incipit exposicio domini haymonis
in librum apocalipsis. Liber
primus

Legimus in ecclesiastica historia beati iohannem a domiciano ipsissimo cesare in pathmos insula relegatum exilio deportatum metallo dampnatum ob insuperabile ewangelii predicacionem ut ibi forsitan secreta marmorum vel terram foderet aut hiis similibus preceptis deseruiret imperialibus sicut legimus factum in passi[redacted]torum martyrum. Ubi quantomagis putabatur vinculari custodia humana tantomagis metas humanitatis transcendens meruit videre celestia. Et cui certa negabatur spacia terrarum extendere secreta sunt concessa penetrare celestia. Et quantomagis destitutus est humano solacio tanto ei affuit diuinum im-
Ibique meruit videre hanc propheciam de statu presentis et future ecclesie que inter reliquos noui testamenti libros prophecia nominatur sicut in consequentibus dicitur beatus qui legit verba prophetie huius. Sed tanta distancia est inter hanc propheciam et ea que reuelata sunt ante aduentum domini quanta distancia est inter seruum et dominum inter legem et ewangelium inter deum et hominem quia illi cernebant quod a longe venturum hoc iste iam ex parte maxima factum et in presenti faciendum ostendit. Nam sicut beatus iohannes baptista idcirco maior habetur omnibus prophetis quia quem illi predixerunt iste digito demonstrauit ita et hec prophecia maior est omnibus quia ea que antiqua prophecia reuelanda predixit hec reuelata ostendit. In hac autem reuelacione nichil historialiter est accipiendum quia ipsa verba sunt subtiliter inspirata.

doctore planantur. Neque enim hoc fieri potest ut pauca e multis dicamus. quod videtur nec accipi equos in visione quorum ascensores haberent loricas igneas et iacinctinas et sulphureas. Tria namque genera visionum pre-
senti intelligenda discere. Primum scilicet corporale sicut videmus per oculos corporis celum et terram solem et lunam ceteraque huiusmodi. Secundum spirituale quod fit in extasi id est in excessu mentis siue vigilantibus siue dormientibus viris quando non res corporales sed similitudines rerum corporalium intuentes futura ibi presagiunt misteria. Quod genus visionis commune est iustis et reprobis sicut nabuchodonosor vidit lapidem precisum de monte sine manibus et sicut pharao septem boues crassos septemque spicas plenas et cetera. Sed uterque quod viderat non intellexerit nisi et illi daniel et isti ioseph misterium visionis reuelasset. Nec mirum si reprobi in hiis obscuritatibus solucione indigeant cum etiam daniel non intelligens quid significarent quatuor venti qui pugnabant in mari magno accessit ad unum de astantibus et quesivit ab eo de hiis omnibus. Tertium genus est intellectuale quod non fit per corporales res neque per similitudines sed ipsa veritas in mente manifestatur videntibus quod appella-
tiorum est. Tali modo locuti sunt prophete quia ea que dicebant videbant et intelligebant. Unde et videntes appellabantur iuxta quod liber regum historia manifestat dicens quia enim propheta dicitur hodie olim appellabatur videns. Unde prophetie que ab ipsis prophetis videbantur visiones dicuntur unde est visio ysaye visio amos et ceterorum. Et quia ista intellectualis est idcirco utique subtilior aliis habetur. Hoc genere visionis locutus est iohannes diuinitus sibi dum in mente tanta oste-

Tria genera visionum
1
2
3

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

ſa ſunt ſacramenta. Facta ē autē
hec ipā reuelatio per angelū:
ſed ipē angelꝰ figuram xpi tenuit
qui loquebatur per illū: ſicut et
ille qui olim moysi loquebatur.
Unde idē moyses aliquādo dicit
deū ad ſe locutū fuiſſe: aliqn̄
uero angelū. ¶ Apocalipſis
ihū xpi. Clamor eēt ſenſus
ſi dixiſſet adiuncto uerbo: hec ē
apocalipſis. Sed hunc modū locu
tionis qui cū diminutione uerbi
fit: frequenter inuenimꝰ in diuinis
ſcripturis. Unde nec ſalomon
ait. hec ſunt parabole ſalomonis. aut
hec ſunt uerba eccleſiaſtes: ſed tantū
parabole ſalomonis. et uerba eccleſiaſ
tes regis ihrlm. Sic etiā yſayas
dicit. uiſio yſaye. abſqꝫ ullo am
miniculo uerbi: ſic et reliqui. Ta
liter aūt loquentes: ſubaudiciones ne
ceſſarias tales ſententias docuerunt.
Verbi grā. Cū legimꝰ apocalip
ſis ihū xpi: ſubaudiendū ē. hec
ē. Eſt aūt apocalipſis grecꝰ ſer
mo: et latine dicitur reuelacio ſiue
manifeſtacio: eo qđ in ea ſtatꝰ pre
ſentis et future eccleſie beato iohanni
et in illo eccleſie ſit manifeſtatus.
¶ Quā dedit illi deus palā
facere ſeruis ſuis. Et hoc apcius
eēt: ſi dixiſſet quā. Sed et hic
modus locutionis ſepe fit i ſcrip
turis. Unde ē. Bonū certamē
certaui: p eo qđ ē. bono certami
ne certaui. Hec aūt reuelacio ip
ſius ē dn̄i ihū xpi: quā a deo ac
cepit ut ſua reuelacione manifeſ
ta faciat ſeruis ſuis: que oportet
fieri cito. Sed in hijs verbis utra
qꝫ eiꝰ natura deſignatur: diuina

Apocalipſis. reuelatio

ſcilicet per hoc qđ ipē cū prē
et ſpū ſcō cuncta reuelat miſteri
a: humana aūt. in hoc qđ nō ſolū
a prē et ſpū ſcō. ſed etiā a ſeipſo
accepit. ut ſua reuelacione mani
feſtaret ſeruis ſuis q̄ oportet
fieri cito. Deus eī in hoc loco to
ta trinitas intelligitur: a q̄ acce
pit ipē hō aſſumptꝰ a uerbo dei.
ut iſta miſteria ſuis reuelaret
ſeruis: ubi etiā ipā forma ſeru
dnā p̄dicatur ſeruorū. Seruis ſu
is ea manifeſtauit. id ē precepta
ſua ſequentibꝰ: qbꝰ [illegible]at.
Cū feceritis oīa q̄ precepero vobis:
dicite ſerui inutiles ſumꝰ. Nō
eī ſeruis moſayce legis id ē iu
deis. nō mundane ſapiencie phi
loſophis dedimꝰ: ſed grē diuine
ſubiectis: reuelacio celeſtis ape
ritur. Hinc dn̄s ī ewangelio
dicit. Confiteor tibi pr̄ dn̄e:
q abſcondiſti hec a ſapientibus
et prudentibꝰ: et reuelaſti ea p
uulis. ¶ Que oportet fieri
cito. In hijs verbis duo cophe
duntur: ut ea ſcilicet q̄ finienda
ſunt. cito accipiant terminū: et
et ea que inchoanda ſunt cito ſu
mant initiū. Iſta tamē nequaq̄
ſine acceptiua ſunt. Unde nec
metuenda ſunt tormenta q̄ tranſeunt:
ſed ea metuenda q̄ ī eternū perſeue
rant. Nec gaudia fugitiua ſunt
appetenda: ſed iugi ſtatu perma
nencia. Cito: id ē in p̄nti tempo
re. Omne eī tempꝰ p̄ntis vite
comparatū eternitati: q̄ſi vnius hore
puſſimi ē momentū. Unde
et idē iohannes ī epl̄a ſua dicit
de hoc longiſſimo tempore.